Herba paſtenaca ſiluester radicem eius in aqua mulſa cocta menſtrua
prouocat radicem eius trita teſticuloſ adpoſita eunucus facit XLVIII
DE YRIOS. Yrius id eſt gladiolum uel lilium agreſtem uel lilio celino
calefacit non tamen egeret ad tuſſem ſiccam radicem eius in aqua mulſa
cocta & pota ita ad tuſſem cum dolorem radices eius ſicas tunſas cum mel
data cocliarem .I. prodeſt puluera radices eius in mulſa pota ſomnū facit.
Similiter data toſtiones uentris tollit puluera eius ex puſca pota ſeminis lap
ſus ſpontaneos curat hoc ē gonoreas elixaturas radicem eius ꝑ diſtere in iec
tus ſciacus curat radix eius cocta et trita parotidas et panuculas curat cata
plaſma ex puluerem radix eius cum mel alborē oculorū tollit lenticulas
et maculas de facie pregnantiū tollit puluis radicis eius in mulſa pota orinā
ſoluit. XLVIIII DE UETTONICA DICIT. Uettonica id eſt criſtus quā quidam
lactariā uocant tunſa et cribata in mulſa pota contra orina dificultates
uel cauculorum puluis eius cum puſca emo ptoicus curat cū uino ex mel ydro
picus curat folia eius trita oculorū ꝑcuſſuras ſanet ſucū foliorū ei cum roſatio
aurium dolores tollit ad ſtomachi dolorē puluis ei datus ſi febracitat exca
lida ſi non ex uino datū cum mulſa uentrē mouit ad tuſſem folia ei cum ui
no & mel trita fou& tumores ſiue ulnera ue tere torum ſunt ex puluera
ei inponit. L DE TIMŪ DICIT. Timum uirtutē hab& calidā ꝟ ſopū caligi
nis diſcutit lumbricos eiecit urinā conpellit menſtrua ꝓuocat & fl. humor
tuū extrahit & recondes puluere ei cū mel mixtū tuſſem tollit. LI
DE YSOPO DICIT. Yſopū autē calefacit & flegmā deducit. LII. DE SAM
SUCO DICIT. Sam ſucū id eſt caſia decoctio ei pota principia ydropicorum
& orinarū dificultates iecit inteſtinorū tur menta ſoccurrit menſtrua
ꝓuocat tritū cū ſale plaſtrū inpoſitū ictus ſcorpionū cū cerotū ad
mixta lixiſ uoſis prodeſt cū pulenta trita feruorē oculorū cataplaſma
ta difficultatē paſtū & ſecundarū tarditatis adcelerat LIII DE SAXI
FRICA DICIT. Saxifrica naſcitur in montib; ſaxoſis tunſa cū uino & pip
pota cauculū frangit orinā ſoluit menſtruat ꝓuocat reniū & matri
cē & collū dolores tollit. LIIII DE ERUBOTANE DICIT. Erubo
tane id eſt plantagino ſiue neruinus folia ei trita cū ſal & aceto omnib; ſu
currit radix ei ex mulſa pota ud[illegible]to oculi cus ſanat folia ei trita cum
exſungia ſtrumas parotidas curat ſucū foliorū ei ex uino pota epaticus

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.24, 3v – Medical Recipes; Dynamidia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-g37a/5136/49104)